

1497<sup>1</sup> in April<sup>4</sup> vel Martio<sup>3</sup> 2.

Ex MS. Arch. Fran. Regi.  
Collect. Doyli.

649.

Dotatio Illustris Domine Anne Ducis  
Mazovie.

143

Conradus Dei gratia Dux Mazovie, Ruspie, et cetera. Si-  
gnificamus tenore presentium quibus expedit generaliter  
universis, quomodo prehabitu tractatu et maturo con-  
silio Consiliariorum Nostrorum Illustri Principi Domi-  
ne Anne consorti sue charissime, et Magnifico Domini  
Nicolai Radziwitowicz Palatini Pitnensis et M. D. Littho  
Cancellarij nate statum honestum proinde ut nostra morte  
quod absit subsequuta eius status honestus pacificus et quie-  
tus prout sua conditio ducalis requirit et exposcit, non solum  
amor conjugalis et vinculum honestasq; matrimonii  
nos inducunt, verum etiam dos quam una cum paraphra-  
nalibus Gemis, auro et suppellectili argentea ceterisque ve-  
stibus acupictis ratione vere dotis tulimus et manuali-  
ter levavimus, nos induxerunt ut in bonis nostris et domi-  
niis Sexaginta Millia Ducatorum Hungaricorum puri  
auri et justis ponderis vero Ducatus Nostris et patrimonii  
eam dotem locavimus et in verum dotatitium et ratio-  
ne donationis nuptiarum inscriberemus et assignavimus  
videlicet in Castro et Civitate utraque antiqua et nova  
et toto Districtu Livensi, cum Villis Czernonka, Kory-  
tnica, Krupie, Popowo, Seczysko, Suret, Zawady, ceterisque  
Villis at prefatum Castrum dudum et ex antiquo per-  
tinentibus, nec non Dignitatis, hominibus, Baronibus Mil-  
tibus, nobilibus, terrigenis, vasallis cum omnibus et



singulis subditis in prefato Districtu consistentibus; Cum omni  
jure ducali. Jus patronatus, collationibus & officiis secu-  
laribus, que soli tenuimus, habuimus, usi sumus, posse-  
dimus: Nec non Oppida Lathowicz cum villariis ad  
dictum oppidum spectantibus et pertinentibus videlicet  
Gniewanie, Strachorzyn, Jalinie, Swowe, Rusinki,  
Tramboszwobor, Starogrod, Chsim, Osiecz cum Fortalitio,  
nec non similiter Garwolin oppidum cum omnibus et  
singulis villis nostris ad ipsum spectantibus et perti-  
nentibus his videlicet Unimo Dampkowo, Dombrowa, Mie-  
czybno, Posnowo, Jagodno, Wieszczeni, Kordzew et Wola  
rampłowska Ganthtow, pradium et Goszczyn Oppidum  
Stugawola, Pczyna, Parzewo, cum molendinis Stromiec,  
Stromieczka wola, Bryzrewicz intra Czernoneg. consistene,  
Piaseczno Oppidum cum Villa Chylicze cum Molendino  
Lesnowola, Wola gorzelska, in Terra Warszaviensi &  
Districtu ejusdem ad sortem nostram spectantibus cum  
omnibus prefatorum Oppidorum & villarum, Et oppida,  
ville, villaria, prescripta in suis metis, limitibus, signis,  
passibus, gadibus, et scopulis suis distincta, et limitata,  
cum omni jure nostro Ducali, prioritate et dominio,  
obedientia, iudicis terminis et censibus et mero impe-  
rio, et prout solo titulo hereditario tenuimus, habuimus,  
usi sumus, & possedimus; Nec non cum omnibus et singulis  
utilitatibus, fructibus, redditibus, proventibus, censibus,  
contributionibus, collectis, sollutionibusq; universis; Et  
nemoribus, sylvis, gajis, mericis, mellificiis, alveariis, mel-



libus, venationibus omnium ferarum et aucupationibus univer-  
 sis avium; Nec non fluminibus, fluviis, piscinis, vivariis, tor-  
 rentibus aquarum decursibus, piscaturis universis et piscibus,  
 molendinis et obventionibus generaliter universis quibus-  
 cunque nominibus nuncupentur, et censeant universitatis  
 bonis et dominis superius descriptis ad presens existen-  
 tibus pertinentibus et spectantibus, reperiendis, disponendis  
 et accrescendis. Nec non Bona omnia mobilia pecora et  
 pecudes Equivae ratione vere dotis et legitimi dotalitii de-  
 tulivus, inscribimus et firmamus, ac in verum certum  
 et legitimum dotalitium et ratione donationis nuptiarum,  
 ipsi Illustri Duci Anna Consorti sue Charissime, inscri-  
 bimus, firmamus, assignamus, donamus, et pro se dar-  
 gimus presentibus iuxta consuetudinem Nostram, Plazo  
 vie Ducatum et districtuum tenore presentium ipsum  
 dotalitium obtinere robur inviolate et integre firmitatis.  
 Datum in Warszawa die dominico Quasimodogeniti,  
 Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Nonagesimo  
 Septimo. Datum per Manus Venerabilis Magistri Nico-  
 lai de Mnischewo Decani Ploceñ; Archidiaconi et Offi-  
 cialis Varsavę, et Canonici Nostris, qui presentia à Nobis  
 habuit in Commissis. — Takopia iest przepisana zko-  
 ni legalizowaney wlozstow. — Presentem Copiam  
 cum suo originali concordari fide Publica Attestat  
 Warszawa d. 22 Junii Anno Domini 1769  
 Ignatius Ludovicus Metrice Regni Praefectus  
 Van. 1781 g. 16 glns.

Zaswiaduam. Adam Marusiewicz  
 B. K. S. P. W. W. X. L. g.



